

IOANNI PAVLO MONGIO

HYDRVNTINO MEDICO OPT.

JOANNES COSTAEVS S. D.

VVM eorum qui adieccere animum ad scribendum varia sint proposita, suspectos illos ego quidem semper habui, qui vnius alicuius scriptoris, vel omnia damnare, vel tueri omnia profitentur. præbent enim illi quidem malæ potius in alienum nomen inuidentia, quam in perquirenda veritate studij argumentum: hi verò dum eum cuius patrocinium suscepere, nihil vnuquam temere, inconsiderate nihil dixisse contendunt; hominem ab hominis conditione subtrahere mani studio nituntur: utrique verò, dum pro suo quisque instituto comminisci varia necesse habent, in magnas humanæ miseria, id est, infirmitate tenebras frequentissime præcipites deuoluuntur. Nos verò, quainuis & indicari in artibus, maxime verò in medicina, errores necesse exigitur, & bonorum scriptorum autoritatem iustinere temper egregium, & magna dignum laude fateamur; quum tamen pertinacius illud studium a sciendi, a veritatisq; asséquendæ instituto auertere plurimum soleat; seruils quidem animi censemus hominum existimationem pluris quam momenta rerum facere; ingenui verò hominis esse inhumani omnis studij ratione nudam sibi veritatem proponere ad perquirendum. Ita quidem, si tu Ioannes Paule Mongi in memoriam renores, ea tempora quibus in Auicenna te maxime hortatore, atque etiam adiutore meditabar, hoc ipsum quod mihi ante oculos constitueram, tu ipse vehementer, & probabas, & in eo ut persisterem hortabar: hoc ipsum vix dicam, quantum postea mihi fuerit salutare. Hanc igitur rationem fecutus, quum incidissem non multos post annos in Mesuæ opera, eodem fato neglecta quo reliquorum Arabum medicorum monumenta, & ea meorum studiorum gratia vna mihi proposita veritate, percurrenta lumpissim; profecto non modo virum hunc de medicina benemeritum, iniqua atque iniusta vexatione à recentioribus accusatum animaduerti; sed huius quoque exilio exitiolum medicae reip. illatam fuisse cladem perspexi: Namq; materiam illam medicam, quam quotidie tractamus, quomodo nunc sine eorum præceptorum obseruatione tuto in usum reuocemus, quæ ab hoc doctissimo viro, ac fortasse ab hoc uno, sunt nobis tradita, atque explicata? Itaque effectum quidem est eo tempore, vt tam insignis danni admonitus miseratusq; nostrorum temporum conditionem restituendi hunc scriptorem pristino statui maximo sim correptus desiderio: ceperim verò etiam periclitari si eius partes tueri possem, pro quibus veritatem stare existimarem. At verò, dum aliud ex alio negotium virget, opus quod ardenti animo aggressus fueram, pendere interruptum contigit. quod tamen qualemcunque statum obtineret, quum publici boni studiosus communicari alijs libenter essem passus; tanto applausu exceptum probatumque fuisse intellexi; me ut quidem studij mei non penituerit, post verò etiam, vt eundem laborem, quum primum per ocium licuit, tua præfertim MONGI exhortatione excitatus, subire; & quæ rursus inter legendum digna notatu occurrere, eadem quoque omnibus impartiri non recusarim. Quamobrem præter ea, quæ in vniuersis eius operibus usque ad eam prioris Grabadin quem Antidotarium vocant, lectionem fuere a nobis conscripta, & diuulgata, in qua agit de conditis; prodeunt nunc in reliquam eius voluminis partem nouæ obseruationes; non vulgares illæ quidem; maxime autem (vt puto) ad compositorum de quibus illic agitur medicamentorum interpretationem, perfacilem illam quidem, & fidelem, a qua tamen si aliquo pacto re ipsa differre antiquam obseruauimus, id qualecunque esset dictamen, in margine indicauimus, vt cuique liberum sit utram voler, sequi lectionem, atque hoc quidem tum in libro Canonum, tum in Antidotario, in libro enim Simplicium, quod esset a Syluio perturbatus authoris ordo, vetustam quoque integrum reliquimus versionem, vt sua scriptoris, & methodus, & fides seruetur. Erant etiam in superioribus editionibus, Mundini, Christofori Honesti, Manardi, ac Sylujobseruationes, quas suis locis reliquimus. In Mundini tantum & Honesti scriptis, in quibus alicubi, aut sola verborum expositione, aut minima rerum animaduersio erat, ne in ijs inutilibus absenserent tempus studiosi, delegimus exhibet scriptoribus ea tantum, quæ momenti alicuius, atque usus fore sentiremus, negleximus reliqua, quæ tamen si alii fuerint cordi, non grauabitur is priores quoque adire editiones. Iam verò, quod ad ipsius Mesuæ opera pertinet, ea quidem vniuersæ omnia, quantum fieri potuit, emendata ut prodirent, curauimus. Ut autem in Antidotario diuersas ponderum, ac rerum lectiones etiam annotauimus, ita in posteriori quoque Grabadin libro, qui est de particularibus corporis partium remedis (de appropriatis vocat) infinitos errores sustulimus. Arabicas voces, quæ in his frequentes sunt, mutare non sumus ausi; vt ne in aliena lingua plus ipsi nobis, quam alijs tribuere videamur. Ita quidem hoc volumine vniuersa opera, quæ Mesuæ sunt, conclusimus. Reliqua quæ vna cum his ipsis exire confuerant, sub nomine Supplementi in Mesuen propediem prodibunt, Vincentij Cogolli Medici Vicentini doctiss. studio longe, quam antea illustriora. Atque haec quidem sunt quæ in hac noua Mesuæ operum editione ipsis effecimus, quorum idcirco rationem hoc loco reddidimus Mongi doctiss. atque optime, vt quæ abs te tanto viro probata sunt, a studiosis quoque alacriori animo excipiatur. Vale.

Ratio

Ratio in miscendis medicamentis obseruanda.

Medicamenta miscentur ppter.	Actio nem.	Vt agamustatū quātū agreintendimis, q̄ fieri.	augēdo	robur mediatorū mi-nuen do	Causa cum causa.
					Causa cum morbo.
Vt affe- quamur qd intē dimus, misce- mus.	Dissimilia, si dissimilis sit.	Contra, si contrarietur.	Causa à symptomate.	Morbus cum morbo.	
				Morbus à symptomate.	
Vt age-re pos- tū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Quantum intendimus.	Partem circa quā agere inten- dimus.	Partes alias ib affecta.	Symptoma à symptom.	
				Omnia simul dissimilia.	
Vt tuto agant, ne offendant.	Vt age-re pos- tū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Quod intendimus.	Causa morbo.	Causa causa.	
				Causa symptomati.	
Vt agat.	Vt agamustatū quātū agreintendimis, q̄ fieri.	Vt pars sit alteranda in profundo.	Morbus morbo.	Morbus morbo.	
				Morbus symptomati.	
Vt sint grata.	Vt agamustatū quātū agreintendimis, q̄ fieri.	Vt inflammatore core, digerentibus miscemus astringentia, ne ipsius robur dissoluatur.	Symptoma symptomati. Vt coma sōniculosi, Miscemus calida frigidis. In hoc omnia non reperiuntur simul nisi secundum quid, cum vnum vni sit contrarium.	Omnium simul, vt cū morbi, causæ, symptomata sunt varia, & partim contraria, Miscemus diuersa, vt in Theriaces compositione.	
				Si desint medicamenta accommodata, qua præcisè tantum agant, quantum intendimus, vt imbecillum fiat validius, aut contra, commiscemus eiusdem qualitatis valentiora, & imbecilliora 1.de comp. med. per genera 3. Ad hoc misceri etiam possunt alia, que obtundit, aut vigorent medicamenta, vt oleum ærugini miscetur, vt minus agat, & cinnamomum, aloë, & zingiber agarico, vt magis.	
Vt affe- quamur qd intē dimus, misce- mus.	Vt agamustatū quātū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Vt si vlcus sit in intestinis calce abstergendum, aut alia re sicca, quæ infundi nequeat, liquida admiscemus, vt infundi possit.	Et si vbi deficit medicamentum alterans simplicis qualitatis, miscemus duo in vna qualitate similia, in altera contraria: vt calidum, & humidum cum frigido, & humido.	Miscemus etiam ærugini, squammæ æris, ac alijs, quæ conficerem volumus ad formam emplastrī lithargyrum, oleum, & similia.	
				Vt si pars sit alteranda in profundo, Miscemus aliqua, quæ ad loca perducant, aut valentiora eiusdem qualitatis & tenacitatis partium, aut etiam aliquod opposita qualitatis, vt calidæ: sic in vlcere renum, quod intendimus ducere ad cicatricem, Miscemus medicamentis renuia, & quæ per se offendent, in modo vlcus augerent, vt cantharides, aut lente, vt in gule affectibus, vt hæretere possint in transitu.	
Vt affe- quamur qd intē dimus, misce- mus.	Vt agamustatū quātū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Vt inflammatore core, digerentibus miscemus astringentia, ne ipsius robur dissoluatur.	Vt cum purgandum est caput scammonio, ne offendatur ventriculus, aut iecur, Miscemus odoratâ modice styptica, vt viscerū robur seruetur.	Et si vbi deficit medicamentum alterans simplicis qualitatis, miscemus duo in vna qualitate similia, in altera contraria: vt calidum, & humidum cum frigido, & humido.	
				Cito, propterea Turbith & Agarico zingiber miscemus.	
Vt affe- quamur qd intē dimus, misce- mus.	Vt agamustatū quātū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Tarde, purgatorijs crassiora miscemus, & in forma pilulari conficimus, vt purgatio paulatim fiat.	In insipientibus, veluti antiqui nobis diligentiores emplastris coloris gratia miscebant cerusat, vt alba essent, aut oleum recens. 1.de comp. med. per genera cap. 12.	Tarde, purgatorijs crassiora miscemus, & in forma pilulari conficimus, vt purgatio paulatim fiat.	
				Gustantibus, vt cum scammonio miscemus coronei, & Theriacæ vinum dulce 3. simp. 15. & 1.de Antidot. 5.	
Vt affe- quamur qd intē dimus, misce- mus.	Vt agamustatū quātū ag- reinten- dimis, q̄ fieri.	Odorantibus, vt propter dinites & delicatos, pompholygi in neruis vulneratis detectis miscemus picata vnguentā 3.de comp. med. per genera 8.	Tangentibus, vt in medicamento, & Hydrello admiscemus oleum recens, ac multa alia, vt blandius fiat. 1.de comp. med. per genera 6.	Odorantibus, vt propter dinites & delicatos, pompholygi in neruis vulneratis detectis miscemus picata vnguentā 3.de comp. med. per genera 8.	
				Tangentibus, vt in medicamento, & Hydrello admiscemus oleum recens, ac multa alia, vt blandius fiat. 1.de comp. med. per genera 6.	

In his omnibusq; vñ venit miscere similia medicamenta cōuenientia in gradu, quod conducere possit. vt aequamur præcisè qualitatē cōuenientē pro morbo. Sed vt notat Auer. 5. coll. 57. iuuant hæc medicamenta si accidat vñ esse temius, quod crassiore misceatur, quare penetrare facit, & itimus agere. Si vero hoc non accidat, quo ad copit hunc, nihil facit huiusmodi miscella.

Vt in inflammatione vehemēti cū fluxione, Miscemus refrigerantia repellētib. Vt si bilis, & obstruētio adsit, Miscemus refrigerantia attenuantibus.

Vt si vlcus cū mala téperatura calida, Miscemus refrigerantia exiccatib.

Vt sit humor frigidus, & dolor vehemēs, Miscem⁹ calfacientia dolorēlenētibus.

Vt si febris cū fluxu ventris, Miscemus alterantia altingentibus.

Vt si vigilia multæ cū alii fluore, Miscemus cōciliatiæ somnū altingentibus. Vt si febris, obstruētio, & vomitus, Miscemus alterantia attenuantibus, & vñrem corroborantibus.

Vt si adsit febris, & humor frigidus, Miscemus refrigerantia calefacentibus.

Vt si peccet bilis cū pürpura, Miscemus refrigerantia calefacentibus.

Vt si sit humor frigidus, & dolor vehemēs, Miscemus calida stupefacentibus.

Vt si ventriculus laborete mala téperatura frigida, iecur calida, Miscemus calefientia refrigerantibus.

Vt si febris adsit cū sopore graui, Miscemus calida frigidis.

Sympotoma symptomati. Vt coma sōniculosi, Miscemus calida frigidis.

In hoc omnia non reperiuntur simul nisi secundum quid, cum vnum vni sit contrarium.

Omnium simul, vt cū morbi, causæ, symptomata sunt varia, & partim contraria, Miscemus diuersa, vt in Theriaces compositione.

Si desint medicamenta accommodata, qua præcisè tantum agant, quantum intendimus, vt imbecillum fiat validius, aut contra, commiscemus eiusdem qualitatis valentiora, & imbecilliora 1.de comp. med. per genera 3. Ad hoc misceri etiam possunt alia, que obtundit, aut vigorent medicamenta, vt oleum ærugini miscetur, vt minus agat, & cinnamomum, aloë, & zingiber agarico, vt magis.

Vt si vlcus sit in intestinis calce abstergendum, aut alia re sicca, quæ infundi nequeat, liquida admiscemus, vt infundi possit.

Miscemus etiam ærugini, squammæ æris, ac alijs, quæ conficerem volumus ad formam emplastrī lithargyrum, oleum, & similia.

Vt si pars sit alteranda in profundo, Miscemus aliqua, quæ ad loca perducant, aut valentiora eiusdem qualitatis & tenacitatis partium, aut etiam aliquod opposita qualitatis, vt calidæ: sic in vlcere renum, quod intendimus ducere ad cicatricem, Miscemus medicamentis renuia, & quæ per se offendent, in modo vlcus augerent, vt cantharides, aut lente, vt in gule affectibus, vt hæretere possint in transitu.

Vt inflammatore core, digerentibus miscemus astringentia, ne ipsius robur dissoluatur.

Et si vbi deficit medicamentum alterans simplicis qualitatis, miscemus duo in vna qualitate similia, in altera contraria: vt calidum, & humidum cum frigido, & humido.

Vt cum purgandum est caput scammonio, ne offendatur ventriculus, aut iecur, Miscemus odoratâ modice styptica, vt viscerū robur seruetur.

Cito, propterea Turbith & Agarico zingiber miscemus.

Tarde, purgatorijs crassiora miscemus, & in forma pilulari conficimus, vt purgatio paulatim fiat.

In insipientibus, veluti antiqui nobis diligentiores emplastris coloris gratia miscebant cerusat, vt alba essent, aut oleum recens. 1.de comp. med. per genera cap. 12.

Gustantibus, vt cum scammonio miscemus coronei, & Theriacæ vinum dulce 3. simp. 15. & 1.de Antidot. 5.

Odorantibus, vt propter dinites & delicatos, pompholygi in neruis vulneratis detectis miscemus picata vnguentā 3.de comp. med. per genera 8.

Tangentibus, vt in medicamento, & Hydrello admiscemus oleum recens, ac multa alia, vt blandius fiat. 1.de comp. med. per genera 6.